

I. OBLIGATIO REGIAE MAIESTATIS DE ADMINISTRANDA IUSTITIA^a

Sigismundus etc. Significamus etc., quia cum petiti essemus a communi nobilitate regni nostri, cum alias¹, tum in hoc conventu generali Pyotrkoviensi, ut et iniurias, quas ipsa haberet, et ea, quae communem iustitiam concernunt, reformaremus, nos vero primum defensionem regni, ut par est, consultum iri volentes, non potuerimus hactenus commode, nec tempus suppetebat, huic iustitiae ministrandae intendere, conventum iustitiae generalem hoc anno circa festum sancti Andreae futurum [ok. 30 XI 1525] statuendum decrevimus et statuere praesentibus litteris pollicemur; promittentes in verbo nostro regio, quod quicquid compertum fuerit vel iniurium esse cuipiam, vel a iustitia dissedere, in eo tam communitati omnium ordinum regni nostri, quam etiam singillatim unicuique iustitiam ministrabimus, aliaque omnia perficiemus, quae pro bono et tranquillo statu^b omnium subditorum nostrorum opportuna videbuntur.

In cuius rei testimonium etc.^c Datum in conventu Pyotrkoviensi generali, feria secunda proxima ante festum Cathedrae sancti Petri proxima^d, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto, [20 II 1525] regni vero^e nostri anno decimo nono. Relatio reverendi in Christo patris domini Petri Cracoviensis et Posnaniensis episcopi et regni Poloniae vicecancellarii.

II. LITTERAE UNIVERSALES DE CONTRIBUTIONIBUS^a

Sigismundus^b, ^cDei gratia^b Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae Prussiaeque etc. dominus et haeres^c, universis et singulis ecclesiasticis et saecularibus ^dregni nostri consiliariis^d ceterisque subditis nostris, quibuscunque, tam terrestribus, quam civitatum et oppidorum honoribus et officiis insignitis, ad quorum notitiam ^epraesentes litterae nostrae^e pervenerint, et praesertim in palatinatu N.^f et districtu N.^g consistentibus, sincere^h et fidelibus dilectis, salutem et gratiam nostram regiam. Reverendissimi etⁱ reverendi in Christo patres, necnon magnifici, generosi, nobiles, famati et providi, sincere et fideles^j dilecti!

[1]. Quia compertum habentes Turcos et Thartaros se ad vastandum regnum et dominia nostra magno conatu accingere, et praeterea considerantes inducias cum magistro Prussiae et

^a Przyjmując za podstawę tekst z MK₁, t. 38, s. 218-219, uwzględniamy tu tylko odmianki zawarte w drugim zapisie metrykalnym: MK₂, t. 39, s. 278. Pomijamy natomiast wersje zawarte w późniejszych odpisach, zestawione przez O. Balzera, CIP, t. IV-1, nr 40, s. 132.

^b MK₂ dodaje: regni et.

^c W MK₂ zamiast: etc. – sigillum nostrum praesentibus est impressum.

^d Brak tego wyrazu w MK₂.

^e Brak tego wyrazu w MK₂.

^a W tekście tym, wzorem O. Balzera, uwzględniamy odmianki zawarte w obydwu wpisach metrykalnych MK₁, t. 38, s. 207-215 oraz MK₂, t. 39, s. 265-275, opierając się zasadniczo na najpoprawniejszym tekście zawartym w AGAD, G. Sier., Inscriptiones, t. 6, k. 160-163. Pomijamy natomiast odmianki, zestawione przez tegoż wydawcę (CIP, t. IV-1, nr 38, s. 119-120), a zawarte w innych, późniejszych odpisach rękopiśmiennych. Tym samym dla końcowych przepisów niniejszego uniwersału (art. 26 i 27) uwzględniamy trzy odrębne redakcje, ekspediowane do ziem wielkopolskich, małopolskich i ruskich.

^{b-b} MK₁ pominięte.

^{c-c} W MK₁ zamiast tego etc. W MK₂ opuszczono cały początek od: Sigismundus do haeres.

^{d-d} consiliariis regni nostri MK₁, MK₂.

^{e-e} G. Sier. pominięły te słowa.

^f W MK₁ zamiast N. pozostawiono okienko; Plocensi w G. Sier.

^g districtu eius MK₁; districtibus MK₂. W MK₁ zamiast N.: okienko. WMK₂: N. et N. W G. Sier.: et districtibus Plocensi et Bielscensi.

^h sincere nobis MK₁, MK₂.

ⁱ ac MK₂.

^j fideles nobis MK₁.

¹ Uprzednie usiłowania w sprawie korektury praw omówił O. Balzer, op.cit., nr 16, s. 45, oraz W. Uruszczak, Próba kodyfikacji prawa polskiego w pierwszej połowie XVI wieku, Warszawa 1979, s. 71 nn.